ſiue opus ſuum non parui eſtimans aut
eſtimari volens magno ore declamauit:
reſponſum cordis alti ⁊ erecte ceruicis
Da.iiij. Nonne hec eſt babilon quã ego
edificaui ne diceret quaʒ ego ꝑueri ſiue
ampliaui: ⁊ ꝙ tamen o vir glorioſe ſi tu
babilonem a fundamentis edificaſſes: nũ
quid vel ſic verbum quod audieras ſcili
cet interpretatõeʒ ſomnij facere irritũ po
tuiſſes. Juſte igit̃ qꝛ tam iuſtus ꝙ oipo-
tens ſermo dei eſt. Sup̱ te ſententie vox
ruit etiam ſi aliquo modo ꝯſilium ſancti
ꝓphete ſecutus fueras dicentis ¶ Dani.
iiij ¶ Peccata tua elemoſinis redime ⁊
iniquitates tuas miſericordijs pauperuʒ
forſitan ignoſcet delictis tuis.

¶ De mutatione tp̃m ſup̱ eũ vtrũ men
tem ſolam ⁊ non etiam formam amiſerit
Capitulum.xxix.

**Tandem de i-**
ſto dicendũ: qꝛ ſolet queri vtꝝ
mentem ſolam ⁊ non etiã for-
mam amiſerit. Et quideʒ ipſo dicente
Da.iiij ¶ Ego nabuchodonoſor oculos
meos ad celum leuaui ⁊ ſenſus meus rẽ
ditus eſt mihi. Sic maiores noſtri aſſe-
runt: qꝛ quando dicit ſenſum ſibi redditũ
oſtendit non formam amiſiſſe ſed mentẽ
Sed adhuc illud occurrit ⁊ r̃pugnare vi
det̃ ꝙ idem poſtmodũ repetens dicit
Da.iiij ¶ In ipſo tp̃e ſenſus meus r̃uer
ſus eſt ad me ⁊ ad honorem regni mei:
decoremqꝫ perueni ⁊ figura mea reuerſa
eſt ad me ⁊ optimates mei ⁊ magiſtra-
tus mei requiſierunt me. Et inter cetera
dicit ibidem. Et figura mea reuerſa ẽ ad
me. Profecto dat̃ intelligi ꝙ de figura
ſiue ſtatus hũani rectitudine non nihil a-
miſerit ⁊ ꝙ etiam ſi manuum vel peduʒ
effigies digitorũqꝫ diſcretio ſiue diſcreta
numeroſitas ꝑmanſit: nihilominus tamẽ
quadrupes inceſſerit: preſertim cuʒ ita di
ctum vel expreſſum ſit fenum quaſi bos
comedes: ⁊ fenũ vt bos comedit qui vide
licet bos quadrupes: nullis vtit̃ manibus:
quippe cui manus natura creauit. ſed ꝓ-
nus humi fenum dente demetit ⁊ os ꝑ t̃-
ram trahẽdo comedit. Sed ⁊ illud quod
dictum eſt in ſententia ¶ vbi s̃ ¶ Cuʒ be
ſtijs atqꝫ feris erit habitatio tua. Figurã
eius demutatam fuiſſe vt iaʒ dictum eſt.
nõnulla ex parte probat preſertim qꝛ di-
xi. Et figura mea reuerſa eſt ad me. Et
quia beſtie ſiue fere non facile ſociarent̃.
illi ſine aliqua ſui ſimilitudine. Veruntã-
mẽ quomodocũqꝫ figura eius ſe habue-
rit. Hoc in laudẽ omnipotentis verbi dei
admirandum eſt: qꝛ regem tam potenteʒ
tanta mutatione demutauit quanta queʒ
piam hominũ fuiſſe demutatuʒ ſacra nuſ
ꝙ ſcriptura meminit: excepta vxore loth:
que reſpiciens poſt ſe verſa eſt in ſtatuaʒ
ſalis ¶ Gene xix.

# Incipit liber ſepti

mus. De victorioſo verbo dei qđ poſtꝙ
regem babilonis dementauit ipſam quo
qꝫ babilonem diuiſit ⁊ medis ac ꝑſis tra
didit apparentibus digitis quaſi manus
hominis ſcribentis. ¶ Capitulum.j.

**Poſt effect-**
um verbi dei victorioſuʒ
quo hominem regeʒ: ho
minem ſupbum: regem
elatuʒ fortiter deiecit: po
tenter humiliauit: ipſum quoqꝫ regnum
debellare ſup̱uenit: premiſſo fulmine vel ꝑ
ſentie ſue admirabili ſigno rege baltaſar
celebrante conuiuium iamqꝫ temulento
cuʒ optimatibus ſuis: cum vxoribus ⁊ cõ
cubinis ſuis dũ in ſacris vaſis templi do
mini biberent vinum ⁊ laudarẽt deos ſu
os argenteos ⁊ aureos ⁊ ereos ferreos:
ligneoſqꝫ ⁊ lapideos. in eadem hora ap-
paruerunt digiti quaſi manus hoīs ſcri-
bentis ꝯtra candelabrum in ſupficie pie-
tis aule regie ⁊ rex aſpiciebat articulos
manus ſcribentis. Tunc regis facies cõ-
mutata eſt ⁊ cogitationes eius perturba
bant eum ⁊ compages renum eius ſolue
bant̃ ⁊ genua eius ad ſeinuicem collide-
bant̃ ¶ Dani.v ¶ Scriptura illa ſignuʒ
fuit verbi dei iamiam conſurgentis. iam-
iam irruentis ad debellandã ſupbiam re
gni tyrannici: regni aſſirioꝝ atqꝫ caldeo-
ruʒ quod a tp̃oribus Nini ⁊ ꝯiugis eius

Semiramidis per ãnos ferme mille.ccc.
iugo aſpero preſſerat colla populoꝝ. rex
ille fortiſſimi imperij ꝑuula verbi eiuſdẽ
ſigna pauculos apices iudicij eius veroſ
iudices cum non duꝫ intelligeret aut quiſ
ꝙ legere poſſet: ferre non potuit: videre
non ſuſtinuit:ſꝫ facie cõmutata:mente ꝑ-
turbata:libidinoſi renes eius inter vxoreſ
ſedentis ſoluebant genua libidinis int cõ
cubinas bibentis adinuicem collidebant
⁊ ita palam factum eſt quoniã eſſet infir
mus qui videbat fortis ⁊ imperioſus.

¶ De ſcriptura illa Mane techel pha
res quod interpretatio eius magnũ con-
tineat ſacramentum ꝯſilij domini.

¶ Capitulum.ij.

AT. ille ad quẽ
⁊ propter quem vel propter cu
ius ſimiles veniebat ⁊ decerta
bat deus dei verbum:non expalluit:non
perturbatus eſt:ſed aduocatus ad legen
dum poſtulatus ad interpretandum aſti-
tit familiariter:fidenter intuitus eſt:legit
ſcienter ſapienter interpretatus eſt ¶ Da
v ¶ Mane techel phares mane nume-
rauit deus regnum tuum ⁊ compleuit il
lud techel appenſum eſt in ſtatera ⁊ inuẽ
tum eſt minus habens. Phares diuiſuꝫ
eſt regnum tuũ:⁊ datum eſt medis ⁊ per
ſis. Quaꝫ breues notule quantam longi
tudinem:q̃ntaꝫ latitudineꝫ:quantã altitu-
dinem demonſtrauerunt ante hõis habẽ
tis dilectionem verbi dei:cuius archanuꝫ
ꝯſilium ſublime atqꝫ ꝓfundum ꝯtinebat
tribus vocibus illis:ſex ſillabis:quatuor-
decim literis illis. Per hoc ꝙ ſcriptum
fuerat mane ꝙ interpretat numerus vi-
dit in latitudine cordis anguſtam diutur-
nitatem regni aſſirij ſiue babilonij qꝛ nõ
caſu accidiſſet ſed iuſto iudicio dei vt gen
tes tam multas iugo ſuo premere poſſet
annis vt iam dictum eſt mille.ccc. Lega
mus diligenter ſcripturam hanc:⁊ ſequa
mur interpretationem diuinã qꝛ ꝯtra can
delabrũ ſcripta eſt. Hocipſum ꝙ ꝯtra cã
delabruꝫ ſcripta eſſe narrat ſuggerat no
bis vt candelabro appropinquamus qua
tenus clare intueamur Candelabrũ nr̃m
chriſtus. Lumen nr̃m verbum dei ẽ. Lu
cerna inquit pſalmiſta ¶ pſal.c.xviij ¶ pe
dibus meis verbum tuum:⁊ lu.ſe.me. vt
igit breuis ſcripture breuem interpretatõ
nem copioſius ꝯſequamur verbi dei q̃d
in ſanctis ſcripturis habemus documẽta
ſequamur.

¶ Quid ſibi velit mane quod aperiẽs di
xit. Numerauit deus regnum tuum

¶ Capitulum.iij.

MAne iquit nu
merauit deus regnum tuum ⁊
compleuit illud ¶ Da.v
Quando vel quõ numerauit deus:quan
do vel quõ compleuit deus regnuꝫ illud
Nimirũ ãteq̃ ꝯderet Niniue priuſq̃ edi-
ficaret babilon:anteq̃ naſceretur Ninus
priuſq̃ fieret aſſur ſiue nemrot filius chus
cuius regni principium fuit babilon nu-
merauit deus regnuꝫ illud. Sicut omnia
in numero ⁊ pondere ⁊ menſura poſuit:
ſic ⁊ illud regnum numerauit: quõmodo
ergo numerauit. Profecto ſciuit cauſas
gentium ꝓpter quas permitteret ſuꝑ eas
eleuari baculum impioꝝ:virgam ſiue iu
gum dominantiũ ſcꝫ:regnum iam dictuꝫ:
vt cederet populos in indignatione:ſubi-
ceret in furore:gentes ꝑſequeret crudelit
Cauſas inq̃ ſciuit ⁊ ſcḋm cauſaꝝ q̃ntitatẽ
numerauit atqꝫ menſus eſt tp̃a ſiue ãnoſ
eiuſdem regni vt tantum vel tamdiu per
ſequeret:ſubiceret atqꝫ cederet. Venerat
baculus ille ſiue virga illa impioꝝ domi
nantium vſqꝫ ad filios quoꝝ iniquitates
⁊ peccata viſitari oportebat:qꝛ derelique
rant legem domini:qꝛ non ambulauerãt
in iudicijs domini. Iam ergo tempus e-
rat:iaꝫ euoluti fuerant anni numero queꝫ
prefixerat ⁊ oportebat fieri quod ꝑ pſal-
miſtam predictum fuerat ¶ pſal.c.xxiiij.
Quia non relinquet dominus virgã pec
catoꝝ ſuꝑ ſortem iuſtoꝝ vt non extendãt
iuſti ad iniquitatem manus ſuas: Igitur
completi illud inquit id eſt prefixus eſt
tranſactus annorum ſiue dierum nume-
rus:⁊ ecce ſicut alia ſcriptura dicit
Yſa.x ¶ Computreſcet iugũ a facie olei
id eſt ceſſabit potentia que diu ſuperbi-

uit ſuperueniente miſericordia dei.
¶ Quid intendat Thechel quod expo-
nens dixit. Et inuentus eſt minus habēs
¶ Capitulum. iiij.

Techel appen
ſum eſt in ſtatera: ⁊ inuentum
eſt minus habens ¶ Dani. v
Ordo rectus: ordo legitimus: vt poſtquā
ſeruiuit ille malus ſeruus de ſeruitio vel
ſeruitu retributione iudicet. Poſtq̄ cō-
pletum eſt regnum illud recipiat qd̄ me-
retur. Judicium nanqꝫ eſt inter deum et
regna: ſiue reges regnorum. Ipſe qui or-
dinauit regna iudicat illa. De qua que-
ſtione putas ſit iudicium puta dicere iudi
cem deum. Ego vos excitaui. Ego vo-
bis poteſtatem dedi: vt peccātes mihi po
pulos cederetis: ſeruitium impleuiſtiſ ſed
minus eſt in facto veſtro q̄ in propoſito
meo. In meo nanqꝫ propoſito bona eſt
intentio: ſed hec defuit in facto veſtro Er
go inuentum eſt inquit regnum tuuꝫ mi-
nus habens: quia vos omnes reges aſſi
riorum bonam quam ego habui non ha
buiſtis intentionem ſed tantum expleui-
ſtis ſuperbiam veſtram ⁊ crudelitatem.
Zacharie. j ¶ Ego iratus ſum paruꝫ vos
addidiſtis in malum. Multum itaqꝫ de
eſt in pondere quia deeſt totum ꝙ eſſet
laudabile ſcilicet omnis intentio iuſticie.
voluntas corripiendi: intentio corrigendi
refrenandi vicia: ſanctiendi gentibus iura
legitima. Sed ⁊ in hoc inuentum eſt lon
ge minus habens ꝙ regnum ſiue reges
regni illius non eum qui dederat illis po
tentiam glorificarent deum altiſſimum:
aut gratias egerunt: imo veritatem com
mutauerunt in mendacium: ⁊ aduerſus
deum eleuati ſunt ⁊ deos ſuos in lauda-
biles laudauerunt. Eleuatum eſt inquit
daniel ¶ Danie. v ¶ cor nabuchodono-
ſor ⁊ ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſu-
perbiaꝫ. Tu quoqꝫ filius eius Baltaſar
non humiliaſti cor tuum cum ſcires hec
omnia que ſuper eum venerunt ⁊ aduer
ſus dominum dominatorem celi eleua-
tus es ⁊ vaſa domus eius allata ſunt co
ram te: ⁊ tu ⁊ optimates tui: ⁊ vxoreſ tue
⁊ concubine tue vinuꝫ bibiſti in eis. De
os quoqꝫ argenteos: ⁊ aureos: ereos: fer
reos: ligneoſqꝫ: ⁊ lapideos qui non vidēt
neqꝫ audiunt: neqꝫ ſentiūt laudaſti. Por
ro deum qui habet flatum tuum in manū
ſua: ⁊ omnes vias tuas non glorificaſti.
Igitur quia inuentum eſt tanto minus
habens: iuſtum iudicium ſcribentis: iuſta
eſt ſententia dicentis

¶ De tercia dictione Phares iuxta
quam ait: diuiſum eſt r̄gnum tuum: ⁊ da
tum eſt medis ⁊ perſis.
¶ Capitulum. v.

Phares diui-
ſum eſt regnum tuum ⁊ datum
eſt medis ⁊ perſis. Eū in quo
ante finitum eſt regnum illud diuturnuꝫ.
aſſiriorum Pompeius trogus. Sarda
napallum memorat virum: muliere cor-
ruptiorem: eum autem qui facta coniura
tione bellum ſardanapallo inferens mor
tuo ſucceſſit: ⁊ ad medos imperium tran
ſtulit: ſcribit arbactum fuiſſe perfectū me
dorum. Miro modo reges poſtremi: il-
le videlicet ſardanapallus in quo finitum
eſt regnum aſſiriorum: ⁊ iſte Baltaſar
in quo diuiſum eſt regnum caldeorum:
ſicut compares in ſuperbia. ita conſimi-
les fuere in contumelia. Ille nāqꝫ vir vt
iam dictum eſt muliere corruptior inter
ſcortorum greges purpuras colonebat:
⁊ cum muliebri habitu dum mollitia cor
poris ⁊ oculorum laſciuia omnes femi-
nas anteiret penſa inter virgines partie-
batur: quam ob cauſam facta coniuratōe
a ſuis ad mortem eſt adactus. Iſte inter
vxorum ⁊ concubinarum turbas noctur
num producens conuiuium crapulatus
⁊ ebrius eadem nocte eſt interfectus. Jo
ſephus quidem ita narrat non poſt mul-
tum tempus: ⁊ Baltaſar captus eſt Et
ipſa ciuitas. Hic autem ita ſcriptum eſt:
Eadem nocte interfectus eſt Baltaſar
rex caldeus ⁊ darius medus ſucceſſit in
regnum. Dum premiſſa narratione de
ſcriptura ⁊ interpretatione eius ſubiungit
non poſt multum tempus captus eſt: vi-
detur non dicere ꝙ non interfectus ſit ca

dem nocte. Q; ſi hiſtorie contrarie ſunt:
multis nanqȝ diſcrepat multitudo ſcripto
rum ſecularium. Huic ſine dubio magis
eſt credendum qui preſens interfuit: qui
ſcripturam legit: ⁊ interpretatus eſt. Qui
inde purpuram ⁊ torquem auream circa
collum accepit: qui tercius in regno pre-
dicatus eſt: ⁊ cum tanto honore cum tali
principatu de regno ad regnum de calde
is victis tranſlatus eſt ad victoriam me-
dorum atqȝ perſarum fidelis interpres:
notum ⁊ inſignem portans veritatis triū
phum. Diuiſum eſt inquit ¶ Dani. v
regnum tuum: ſubauditur: contra te quia
facta coniuratione ab his quibus impe-
rare debueras circumdatus ⁊ obſidione
moriturus hac nocte in crapula ⁊ ebrieta
te. Et datum eſt medis ⁊ perſis iuxta pre
dicationē eius qui ante te laudant ⁊ ma
gnificans viuentē in ſempiternum. Uic
inquit ¶ Danie. iiij ¶ eius iuſte ⁊ gradiē
tes in ſuperbia poteſt humiliare. Domi
naturqȝ in regno hominum ⁊ cuicunqȝ
voluerit dat illud.

¶ Q; ſcriptum ⁊ dictum tunc eſt contra
vnum regnū babilonis de omnibus re-
gnis mundi debere intelligi.

¶ Capitulum. vj.

## Licius quam

adhuc dictum ſit patet ſcriptu
ra hec. Mane techel phares
Similiter nanqȝ de ceteris regnis ſentiē
dum de regno perſarum ⁊ medorum de
regno macedonum ſiue grecorum de re
gno romanorum videlicet ꝙ ſingula eo
rum iam deus dinumeraſſet. Et ſingula
ſuis temporibus completurus eſſet ꝙ ſin
gula deberet appendere in ſtatera: iudici
umqȝ diuiſionis dare pro eo ꝙ ea minus
habere inueniret. Uerum etiā adhuc pa
rum eſt conſiderare in partibus quod de
toto ſi prediceetur plus habet admiratio-
nis ⁊ commodi terroriſ amplius. Regna
illa partes ſunt vel fuerunt: totum autē
eſt omne ſeculum: vniuerſitas creatura-
rum: earū dumtaxat que rationales ſunt
ſcilicet angelorum ⁊ hominum. De qui
bus domini creatoris eſt ⁊ erit iuditium.

Igitur ad ſummum recurrentes propo-
namus mundum ⁊ mundi principē dia
bolum cuius typum geſſit aſſur: ⁊ in me
dis atqȝ pſis aman ſuperbiſſimus in gre
cis anthiochus ⁊ in romanis nero malo
rum imperatorum imperator peſſimus:
⁊ in nouiſſimis diebus reuelabitur nomi
natus antichriſtus. In iſto mundi princi
pe ⁊ in toto mundo contemplemur dinu
merationem dei: appenſionem in ſtatera
dei diuiſionem iudicij dei ſecundum ſcri-
pturam hanc Mane techel phares.

¶ Quid ſit mane contra principem hu-
ius mundi.

¶ Capitulum. vij.

## Mane numera

uit deus regnū quod dicis eē
tuū o princeps mundi: rex te-
nebrarum: tyranne peccati ⁊ mortis: nu-
merauit inqȝ dierum ſenario ⁊ compleuit
illud die ſeptimo. Sex nanqȝ diebus oīa
fecit lucē ſiue lucis ⁊ tenebrarum diſcre
tionem. Firmamentum aquas ab aquis
diuidens: arridam id eſt terram ⁊ aquar
congregationes quas appellauit maria
certis limitibus coercita: ſolem: lunam: et
ſtellas: volucres ⁊ omnia natalia: homi-
nes ⁊ iumenta ⁊ cetera que mouentur in
terra. Iſta ſex dierum opera die ſeptimo
compleuit: ipſumqȝ diem ſeptimum bene
dixit ⁊ ſanctificauit. Tu in iſtis regnare
contēdis: tu iſta regnum tuum eſſe dicis
tu iſta omnia tua vel tibi tradita eſſe mē
tiris.

¶ Quid ſit techel contra eundem princi
pem mundi.

¶ Capitulum. viij.

## Techel appen

ſum eſt in ſtatera: ⁊ inuentum
eſt minus habens. ¶ Da
nie. v ¶ Statera vera: ſtatera iuſta ver
bum dei eſt: verbum deus dei ſapientia:
in qua regnum tuum appenditur dum ď
te iudicium agitur quod omnes audiui-
mus dicente ipſo cuius in manu ſtatera ē
imo qui ipſa ſtatera eſt. Nunc iudicium

eſt mundi: nūc princeps huius mundi eí
cietur foras ¶ Johan.xij ¶ Quomodo
inuentum eſt minus habens videlicet qz
tu ad diem ſeptimū quo compleuit deus
omne opus ſuum non peruiniſti: tu ad ſab
batum id eſt requiē benedictionis ⁊ ſan=
ctificationis peruenire noluiſti. Idcirco
veraciter iuxta ſanctam ac miſticaʒ apo=
calipſim numerus tuus eſt ſexcentiſexa=
gintaſex. inter angelos ſuperbiendo labo
raſti. in decipiendo hominē circuire terrā
⁊ perambulare cepiſti. in antichriſto fati
gabilis. Ita labor tuus augmenta capit.
ſicut iſti in decupluʒ multiplicant̄ ſenarij
vj.lx.ſexcenti. Deus autē vt iam dictū
eſt in ſeptimo requieuit. Appēſum igitur
regnum tuum profecto inuentū ⁊ inueni
endum eſt minus habens: quia non per=
uenit ad creatoris requiē: vacuū ⁊ vanū
circa creaturam continuans laborem.

¶ Quid ſit phares contra eundē: ⁊ quid
ſignificent perſe ⁊ medi: vel qui ſint qui=
bus diuiſum regnum eius datum ſit.

¶ Capitulum.ix.

PHares diui=
ſum regnū tuum: ⁊ datum eſt
ſanctis altiſſimi quorum typū
tunc in excidio dūtaxat babilonis geſſe=
runt perſe et medi. preſertim cum cyrus
rex illorum prophetica voce xp̄us quoqz
ſit appellatus domi. Hec inquit ¶ Yſaie.
xlv ¶ dicit dominus chriſto meo cyro cu
ius apprehendi dexterā vt ſubiciam ante
faciem eius gentes: ⁊ dorſa regū vertam
Cauſam dictionis huiuſmodi taliter pre
miſit ¶ Yſaie.xliiij ¶ Qui dico cyro pa=
ſtor meus es: ⁊ omnem voluntateʒ meaʒ
complebis. qui dico iheruſalem edifica=
beris: ⁊ templum fundaberis. Futurum
nanqz erat vt cyrus licentiam ⁊ facultatē
daret reedificandi iheruſaleʒ ⁊ templum
domini. Diuiſum inquam eſt regnū tuū
indiuiſo permanente regno ſanctorum. ſi
cut numerus ſenarius qui tuus numerus
eſt ſolubilis ⁊ ſecabilis. Numerus auteʒ
ſeptenarius qui numerus eſt dei: quia die
ſeptimo requieuit inſolubilis ⁊ iſecabilis
eſt. ita regnū tuum ſolubile eſt: ⁊ ſine du
bio ſolutum eſt: ⁊ tuipſe videntibus cun=
ctis precipitandus es. Regnum autē dei
⁊ ſanctorum eius manet ineternū. Pre
terit enī figura huius mundi: ⁊ tu de pri
cipatu mundi: de poteſtate tenebraꝝ ha=
rum pertranſibis in tartarum inferni vi=
dentibus eis quibus regnū tuum dandū
eſt: quibus reſeruate ſunt ille quas ī celo
perdidiſti manſiōes. Hic vnus eſt daniel
purpura indutus aureā circa collum tor
quem de damnato rege referens. Sicut
auctoritas verbi dei purpuram ⁊ torquē
auream triſti ⁊ damnato rege extorſit et
huic ſancto interpreti ſuo tranſpoſuit. ſic
omne decus celi: omne ſeruiciū creature
quod tibi arrogaſti a te extortum datur
omnibus ſanctis.

¶ De iuſticia ⁊ iudicio ſm̄ manus eiuſ
dem ſacramentum ſicut ſcriptum fuerat.
Firmetur manus tua et exaltet̄ dextera
tua.

¶ Capitulum.x.

TAndem quo
modo taliter apparuerit digiti
quaſi manus hōis ſcribentis:
⁊ quomodo manu dextera ſolet ſcribi re
cordemur: imo deum recordatum eſſe ar
bitremur quod cecinerat dauid gratulās
⁊ gratias agēs: ꝙ audire meruiſſet cum
iuramento domini verbum promiſſiōis.
Pſal.lxxxviij ¶ Firmetur manus tua:
⁊ exaltetur dextera tua. Manum illam
domini dexterā illaʒ domini quam ſūmo
deſiderio: clamore cordis maxio firmari
optauerat ⁊ exaltari ſignabat manus q̄
apparuit viſibilis fiebat iam in parte qd
faciendum erat in toto per manuʒ domi:
per dexteram omnipotentis dei que non
eſt alia ſiue aliud niſi verbū dei filius dei
Quid enim fiebat in illam particularem
babiloniam niſi quod faciendum erat in
vniuerſitatem impiorū per promiſſam ⁊
iuratam verbi dei gratiaʒ. Et quid illud
erat niſi qd ꝯtinuo ſequit̄ ¶ Pſal. vbi ſ
Iuſticia inquit et iudiciuʒ preparatio ſedis
tue. Miſericordia ⁊ veritas precedent

faciem tuam beatus populus qui ſcit iubilationē. Domine in lumine vultus tui ambulabunt ⁊c̄. Iam inquaʒ fiebat hoc in parte illa: quia videlicet manus domi in ſuo propoſito firmiter manens exaltabatur. Iamqʒ aderant iuſticia ⁊ iudiciuʒ in preparatione ſedis eius. Iuſticia in eo ꝙ populū ſuū ciuitate ⁊ templo orbatuʒ captiuitati tradiderat. Iudicium in eo ꝙ regnum captiuitatis eorum numeratum ⁊ in ſtatera appenſum diuidebat mediſqʒ et perſis dabat. Hec agendo ſedes eius preparabat̄ ⁊ miſericordia et veritas precedebant faciem eius. Miſericordia vt cito captiuitas ſolueretur. Ueritas vt ſceptrum de iuda ⁊ dux de femore eius auferretur ¶ Geneſ. xlix ¶ donec omnino vſqʒ ad perfectuʒ ſedes illa prepararetur donec promiſſio adimpleret̄: donec xpūs naſceretur. Beatus populus qui ſcit iſtā iubilationeʒ. Beatus daniel qui illam legens ſcripturā. In lumine vultus tui domini ambulans: ⁊ certaʒ edebat interpretationem: ⁊ fidam tenebat in pectore ſuo manus domini conſolationem.

¶ De viſione danielis. ⁊ ecce quatuor venti celi pugnabant in mari magno. et quatuor beſtie grandes aſcendebant de mari diuerſe inter ſe.

¶ Capitulum. xj.

Non exigit huius noſtri ratio propoſiti cunctis vel ſingulis immorari reuelationum ſacramētis ex quibus ille beatus conſolatus iocundabatur in medio tribulationis: in afflictione captiuitatis. Unum eſt ꝙ intactuʒ mens preterire nō patitur dulciſſimum ſacramentū pulcerrime viſionis quam viderat priuſꝙ decidiſſet beſtialis ferocitas babilōis. priuſꝙ apparuiſſent digiti ſiue manus hominis ſcribentis in ſupficie parietis cauſam ſiue ſententiam mox venturi ſuper illā iudicij dei ¶ Daniel. vij ¶ Si quidē ānno primo baltaſar regis babilonis videbam inquit in viſiōe mea nocte. ⁊ ecce quatuor venti celi pugnabāt in mari magno. ⁊ quatuor beſtie grandes aſcendebant de mari diuerſe inter ſe ⁊c̄. Delectat hic aliquantiſper immorari: quia pulcrum eſt conſiderare ferocitatem tyrannicā regnoꝝ ſeculi in beſtiis ferociſſimis. ⁊ ecōtra dignitatē manſuetudinem ⁊ pietatem regni dei in habitu antiqui dierum ſuper thronum ſedentis ⁊ in proceſſu filij hoīs veniētis in nubibus celi: ⁊ vſqʒ ad antiquum dieꝝ peruenientis: ⁊ in conſpectu eius oblati: qui et dedit ei poteſtatem et honorem et regnum: ⁊ omnes populi tribuſ et lingue ipſi ſeruient. Poteſtas inquit ¶ Daniel vij ¶ eius poteſtas eťna que non auferet̄ ⁊ regnum eius quod non corrumpetur. Primuʒ libet querere cur deus vel qua intentione ſic nominetur antiquus dierū ꝙ nuſꝙ inueniebamus ante hūc delectabilem gratioſe prophetie locum. Senſuʒ quideʒ in omnibus ſcripturis ſanctis habemus ꝙ iſte deuſ pater eťni verbi deus ſit antiquus vtpote deus increatus neqʒ inicium habenſ: neqʒ finem habiturus: ꝙ ⁊ ipſum de verbo eius deo fideliter ſentimus. Ueruntamen vt iam dictum eſt nomen hoc antiquus dierum hic primitus inuenimus poſitum. Cauſam ergo non ocioſe querimus.

¶ De antiquo dierum qui dicit. Regnauerunt: ſed non ex me principes extiterūt ⁊ non cognoui.

¶ Capitulum. xij.

Reſpice nunc facies beſtiarū de mari aſcendentium quarum propter ſeuiciam dicit ſediſſe iudicium. Hec inquit Danie. vij ¶ beſtie magne quatuor. quatuor regna conſurgent de terra. Porro ipſe cuius iudicium eſt dicit ¶ Oſee. viij Regnauerunt ⁊ non ex me principes extiterunt: ⁊ non cognoui. Uere nō ipſo regnauerunt: imo regna que dicta ſunt nō tam regna ꝙ quedaʒ maxima ⁊ publica latrocinia fuerunt. Primuʒ iſtoꝝ quod fuit regnuʒ aſſirioꝝ atqʒ caldeorū quale habuit iniciū ante ninū regē aſſirioꝝ: ⁊ ſi fuerūt reges antiquiores qui bella gererēt nequaꝙ imperium ſibi: ſed populis ſuis

gloriam querebant. contentiq; victoria
imperium abſtinebant. Ille primus om
nium veterem & quaſi habitū gentilibus
morem: noua imperij cupiditate mutauit
et queſite dominationis magnitudinem:
continua poſſeſſiōe firmauit. Vere ergo
regnauerunt inquit: & non ex me. et quid
ad eos in mundo regnare: regnante illo:
qui ſolus regnare debet mundi creatore.
Vt igit̄ cognoſcamus & abhorreſcamus
nimiam in genere humano preſumptōis
iniuriam: conuenienter hic antiquū dierū
nominauit eum: cui regnando factā eſſe
conſtat iniuriam. Ipſe nāq; qui fecit. idē
debuit diſponere mundū: nec principari
quiſq̄ debuiſſet: niſi ſm eius arbitrium.
Si inordinatio eſt et irreuerentia regnū
tam cani capitis: tam antiqui dierum rapto
nomine regio laceraſſe. Si quidem inter
hoīes iuuenes ac ſenes facilis eſt etatum
comparatio. Dierū autem illius antiqui
& dierum hominum qui nomen eius regiū
rapuerunt nulla oīno eſt aut eſſe poteſt
comparatio. Quis enim dicere aut cogi
tare poteſt: quanto diuturnitas ſiue anti
quitas incréati prolixior ſit temporibus:
annis ſiue diebus hominum heſternorū
qui quaſi heri creati fuere vel nati. quādo
illarum antiquiſſima beſtiarum de mari
aſcendit. quando regnum aſſiriorum de
terra conſurrexit: iam tunc iſte antiquus
dierum cum abrahā loquebatur & tam
antiquus erat vt nunc eſt.

¶ De eodē & de beſtiis quatuor id eſt
quatuor regnis quam ob cauſā alibi eruce
locuſte bruco & erugini aſſimilata ſunt q̄
in illa viſiōe magnis prefigurata ſunt be
ſtiis. ¶ Capitulum. xiij.

Loquebatur
l & maturam ſuoq; cano capite
dignam tractabat ſentenciam
ꝙ nulli alij rerum oīm ſummam regniq;
ſui contraderet monarchiā: niſi filio ſuo:
verbo ſuo vt per quem omnia facta ſunt
regerentur per ipſum. Hoc erat ſapiētis
antiqui decretū: hoc erat immutabile an
tiquitatis infinite conſiliū. At ille beſtiole
recētes & nuper nate: que naſcendo nihil
intulerūt in hunc mundū contra decretū
hoc ſalire: contra conſilium hoc reſultare
preſumpſerunt: & tantū ſenē non reuerite
quas vel quātulas potuerunt: regni eius
mundi huius diripuerunt parteſ: homies
regnum ſuper homines inuadentes cum
ante oculos illius ſapientis dñi non ma-
gis homo hoīem natura poſſit precedere
vel precellere q̄ mus murem. Fuerunt
quidē apud homines ille beſtie grandes
prima quaſi leena: alia ſimilis vrſo: alia
quaſi pardus. & quarta multum terribilis
Veruntamen in conſideratione maieſtatis
illius antiqui vix mures merent̄ dici: vix
eruce locuſte bruco & rubigini merentur
aſſimilari quia nullius ſunt momenti. be
ſtias illas interficere & corpora eorum dare
perditioni ſiue tradere ad comburendū.
igitur multo facilius fuit & eſt verbo dei:
ꝙ ipſis beſtiis ſtare contra erucā: vel ſaltū
locuſte conſequi: niſi ꝙ peccata gentium
merebantur vt permittente deo lacerarent̄
a beſtiis. Quis enim alius beſtias illas
tandem interfecit niſi verbū dei ¶ Sapiē
xviij ¶ Omnipotens ſermo tuus domie
ait quidā ſapiens: exiliens de celo a rega
libus ſedibus durus debellator in mediā
exterminij terrā proſiliuit gladius acutus
inſimulatum imperium tuum: portans et
ſtans in terra repleuit oīa morte: & vſq;
ad celum attingebat ſtans in terra.

¶ Q, regna illa regna ſimulata fuerint.
ſolum autē verbum dei regnum inſimu
latum id eſt verum ſit. ſicut de illo ſcriptū
eſt. Inſimulatum imperium tuū portans
¶ Capitulum. xiiij.

Sine dubio qui
s in terra egipti tantā fecit pla
gam cuius ille verbis iſtis me
minit. ipſe idem omnipotens ſermo tuus
domine in iſtis beſtialibus regnis & oīa
que voluit: et hec maxime fecit. Vt na-
buchodonoſor fieret quaſi bos. Vt aman
appenderetur in patibulo. Vt antiochus
ſine manu contereretur. Vt Nero quia
vixerat turpiter: moreretur turpius. De

iſto omnipotente ſermo domini nequaq̄
nunc preterire libet ꝙ inter cetera dictuꝫ
eſt. Inſimulatū imperium tuum portans
Et quid eſt imperium non ſimulatū niſi
imperium verum: qd̄ cum dicitur vel in=
telligitur: nōne econtra hominū imperia
ſimulata eſſe perhibent̄. vere ſimulata ⁊
nō vera imperia beſtiarū: imperia hoīm
beſtialiū qui ad tempus occidendi vt he
ſtie poteſtatem habuerunt. ad vitam aūt
nec ſibi nec aliis prodeſſe potuerūt. Iſte
oīpotens ſermo inſimulatum portat im=
perium. verū tenet regnum: cuius regnū
et imperium ſine fine permanet in ſecula
ſeculorū. Et iam quidem tale imperium
portabat: ſed nonduꝫ apparuerat. apparuit
factus filius hoīs: ⁊ ꝙ habebat in forma
dei inſimulatū imperiuꝫ accepit in forma
ſerui ſm̄ pulcerrimum ſpectaculuꝫ tante
illius viſionis ¶ Daniel. vij ¶ Et ecce in
nubibus celi quaſi filiuſ hoīs veniebat ⁊
vſqꝫ ad antiquum dierum peruenit: ⁊ in
conſpectu eius obtulerūt eum: ⁊ dedit ei
poteſtatem ⁊ honorem et regnum ⁊ oēs
populi tribus ⁊ lingue ipſi ſeruient. Po
teſtas eius ptās eterna que non auferet
⁊ regnum eius quod non corrumpetur.
Nunc ad ordinem reuertamur.

¶ De regno medoꝝ ⁊ perſarū quomō
quartum draconis caput fuerit ⁊ in eo fa
cies viſi. ¶ Capitulum. xv.

## TErcio draco

nis capite ſuperato quartuꝫ ſe
ſe ꝓtinus erexit dum eliſo re=
gno babilonico regnoqꝫ perſarum ⁊ me
dorum ſubleuato ꝓtinus idem dyabolus
cepit vti ꝯtra propoſitū dei: contra verbū
promiſſionis exterminari cupiēs populū
cuius de carne ipleri oportebat qd̄ deus
patribus promiſit quod promiſſum iura
mento firmauit. in iſto capite facies erat
viſi: ⁊ tres dentium ordines in ore eius q̄
intelliguntur tria regna vnius imperij: re
gnum babiloniorū regnum medorum et
regnum perſarum que in vnum redacta
ſunt regnum ſiue imperium. Et quidem
reges illius imperij propoſito ſuo non in
clemētes fuere populo dei: ſed per eos q̄
ſub regibus fuere principes maximeqꝫ ꝑ
aman ſicut hyſtoria libri heſter memorat
hoc agē voluit dyabolus vt populus ille
omnino exterminaretur. hoc in ante dicta
viſione danielis in eo preſignatum eſt. ꝙ
cū dixiſſet. ⁊ ecce beſtia alia ſimilis vrſo
in parte ſtetit: ⁊ tres ordines erant in ore
eius: ⁊ in dētibus eius ꝓtinus ſubiunxit
⁊ dicebant ei ¶ Daniel. vij ¶ Surge co
mede carnes plurimas.

¶ Quomodo ſatrape perſarū ⁊ medorū
danieli inuidentes foderunt ante faciem
eius foueam in quam incidere habebat.
¶ Capitulum. xvi.

## SVggeſtū nan

qꝫ fuit regibus primum dario
vt perderet danielem. deinde
aſſuero qui ⁊ artaxerſes dictus eſt ſcd̄s
huius nominis rex vt deleret vniuerſam
iudeoꝝ gentē. inuidentes ſatrape danieli
ꝙ eſſet vnus ex tribus principibus ꝯſti=
tutis a dario vt ſatrape illis redderent ra
tionem: ⁊ ꝙ daniel ſuparet oēs principes
⁊ ſatrapas: quia ſpirituſ dei amplior erat
in eo. qōqꝫ rex cogitaret conſtituere eum
ſuper omne regnum ad hoc perduxerūt
regē cōmunicato conſilio cū principibus
regni ⁊ mgr̄atibus ſenatoribuſqꝫ et iudi
cibus quatenuſ decretum imperatorium
exiret ⁊ edictū vt oīs qui petiſſet aliquaꝫ
petitionem a quocunqꝫ deo et hoīe vſqꝫ
ad diel. xxx. niſi a rege mitteretur in lacū
leonum. Certiſſime autē futurū ſciebant
vt daniel ſciens conſtitutam legem nihil
ominuſ peteret a deo ſuo ⁊ adoraret deū
ſuum atqꝫ hoc modo incideret iudicium
illius magne legis fortiſſime: ⁊ vt puta=
bant prouide legis atqꝫ ineuitabilis de=
creti. Et ita factum eſt veruntamen non
inquantum volebant ¶ Daniel. vj ¶ In
greſſus nanqꝫ daniel domum ſuam fene
ſtris apertis in cenaculo ſuo contra ihe=
ruſalem tribus tēporibus in die flectebat
genua ſua ⁊ adorabat: ꝯfitebaturqꝫ corā
deo ſuo ſicut et ante facere conſueuerat:
videlicet tenax propoſiti ſancti: ſm̄ illam
ſententiam dauiticam ¶ Pſalmo. liiij

Veſpere ⁊ mane et meridie narrē ⁊ annunciez ⁊ exaudiet vocē meā. Nec vero illud ignorabat quid eēt vel ꝙ rerū eſſet. Foderūt ante faciē meā foueā ⁊ inciderūt in eā ❡ Pſal.lvj ❡ Hoc illi neſciebant ſed ſcire habebat ꝙ deus danielis ipſe eēt qui deus trium puerorum ſociorum eius ſydrac miſac ⁊ abdenago: et ꝙ nō minus poſſet pro daniele leonibus imperare ꝙ potuit illis flāmas ignium mitigare.

❡ De oratiōe danielis contra iheruſalē ob quam accuſatus eſt: ⁊ in lacū leonum miſſus. ❡ Capitulum.xvij.

O Stultam diabolī inuidiā. o inuidi draconis antiqui ſtulticiā; qui natū ſibi quartum caput iniquitatis ſcʒ poteſtatē medici vel perſici regni tam cito ad hanc partē leuabat ⁊ intendebat vt daniel nō inuocaret deum ſuum: aut obliuiſceretur verbum dei ſui qđ mente geſtabat. Num quid mulier in vtero habēs obliuiſci pōt doloris ſui: ⁊ non clamare dum cruciatur ⁊ parturit. Sic nimirū beata aīa ꝓphete ſāctiſſimi que intra ſe conceptū geſtabat verbum bonum beate ꝓmiſſionis tacere non poterat: et occupata in expectatione ſalutis: principū in perditionē currentiū leges non curabat: ꝯſilia non admittebat illuc vbi ꝓmiſſio iurata fuerat: animo intendebat in iheruſalē: mente preſens aderat: vnde corpe abſens exulabat: vbi iuramentum accepit fidelis dauid: vnde exire oportebat effectū promiſſionis: quia de ſyon exibit lex aiebat ſpūs ꝓpheticus ⁊ verbū domi de iheruſalē. Propterea feneſtris aptis in cenaculo ſuo ꝯtra iħlm vir deſiderioꝝ genua flectebat: interdum lugens ⁊ panem deſiderabilē non comedens: multiſqʒ modis ſemetipſū affligēs vt totis viribus adhibitis: validā vſqʒ in celum ſubleuaret orationē. indeqʒ oportunam ſibi attraheret conſolationē. Exploratus eſt: accuſatus in iudicium venit tanꝙ ꝑuaricator magne legis: tanꝙ reus maieſtatis. Vere o beata anima cum te nec ipſe rex liberare poſſet ponens cor vt te liberaret: ⁊ vſqʒ ad occaſum ſolis laborans vt te erueret. tunc quidem triſticiā hēbas ibi dolores vt parturientis ❡ Iohā. xvj ❡ Mulier cum parit triſticiā habet quia venit hora eius: ait ipſum verbū incarnatum cuius in obſequium tu tam vehementer doluiſti ꝙ verbum bene conſcium eſt doloris eiuſmodi in animabus ſanctis: preſertim quia ipſum in eis eſt: et dolorum cauſa illis eſt.

❡ De beatitudine danielis ꝙ ex illa tribulatione et ipſe verbi dei martir factus: ⁊ deus glorificatus eſt. ❡ Capitulum.xviij.

ERgo martir verbi dei nihil minus a ſāctis ſociis tuis tribus pueris habuiſti: forte o vir deſideriorum: vbi vidiſti vbi audiſti. ecce ego video viros quatuor ſolutos ⁊ ambulantes in medio ignis: et nihil in eis corruptionis eſt: ⁊ ſpecies q̄rti ſimilis eſt filio dei: vbi inquā hec audiſti vbi tres ſocios triumphantes ad gloriā dei de fornace ignis procedētes aſpexiſti ⁊ ꝓpter hoc laudes et benedictiones deo tuo declamatas audiſti: forte ſuſpiraſti: forte ingemuiſti ꝙ tue felicitati tantū deeſſet vt paſſionis eorū ⁊ glorie non meruiſſes conſors vel particeps fieri. Non fuiſti neglectus. non fuiſti filio dei cuius ſpecies illic recognita fuit vilis aut contemptus. nam ecce ſolus abſqʒ ſociis tuis ſolus cum angelo eiuſdem gratie ſaluus ⁊ incolumis int̄ ora leonū nocte integra perſeueraſti ❡ Daniel.vj ❡ Deus tuus miſit angelū ſuum ⁊ concluſit ora leonū: ⁊ non nocuerūt tibi: q2 coram eo iuſticia inuenta eſt in te: ſed ⁊ coram hominibus delictum non feciſti. Habeto igitur et tu tytulos triumphos: tue fidei vexillos inſcriptos: ſociis tuis non inferior. Habeto tytulos tuis meritis exactos: regia vice declamatos. Paueſcant inq̄t ❡ Daniel.vj ⁊ tremeſcāt oēs in vniuerſo imperio deū danielis. Ipſe eſt enī deus viuēs ⁊ eternus in ſecula: ⁊ regnū eius non diſſipabit̄: et poteſtas eius vſqʒ in eternū. ipſe liberator ⁊ ſaluator faciēs ſigna et mirabilia ī celo ⁊ in t̄ra q̄ liberauit danielē de lacu leonū

¶ De oratione eiuſdem danielis: ⁊ viſionibus zacharie ꝓphete: cõpleto numero annorum captiuitatis ſeptuaginta.

¶ Capitulum.xix.

Interea cõpletus erat numerus annoꝝ de quo factus eſt inquit ſermo domi ad ieremiaꝫ prophetã vt cõplerentur deſolationis iheruſalẽ.lxx anni ¶ Daniel.ix ¶ Et poſui faciẽ meã ad dominũ deũ meũ rogare et deprecari in ieiuniis ſacco ⁊ cinere ⁊c̃. Tunc et zacharias qui ⁊ in ordine .xij.prophetaruꝫ vndecimuſ eſt reſpondiſſe narrat angelũ domini ⁊ dixiſſe ¶ Zacharie.j ¶ Domine exercituuꝫ vſqꝫquo non miſereberis iheruſalem ⁊ vrbium iuda quibuſ iratus es Iſte ſeptuageſimus ãnus eſt.et reſpõdit inquit dominus angelo qui loquebatur i me verba bona verba ↄſolatoria. Dixi quõ non ſolum homines filij captiuitatis: verum etiam angeli ſancti ciues alterius ſeculi de reedificatione iheruſaleꝫ ꝙ iam inſtaret opido letabantur:daniele conſolabãtur:angeli ſũmi inter deũ ⁊ zachariã diſcurrebãt angeli ſancti gaudentes ⁊ apparati veluti magni apparatus ⁊ magne feſtiuitatis cõminiſtri. Et leuaui inquit. Zacharie.ij ¶ oculos meos ⁊ vidi.et ecce vir ⁊ in manu eius funiculus menſorũ et dixi. Quo tu vadis.⁊ dixit ad me vt metiar iheruſalẽ ⁊ iudeã quanta ſit latitudo eius:⁊ q̃nta longitudo. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebat̃:⁊ aliuſ angelus egrediebatur in occurſum eius: ⁊ dixit ad eũ. Curre et loquere ad puerũ iſtũ dicens abſqꝫ muro habitabitur iheruſalem pre multitudine hoim ⁊ iumentorum in medio eius. Quid ſibi vult angelorum tanta concurſio tam vehemens demandatio. In reedificatione terrene ciuitatis ⁊ templi iam etiã opifices volunt videri:ſeſeqꝫ certatim ingerunt angeli.nũquid hoc tam magnũ ſtudiuꝫ ſuũ ciuitati edificande adhibent propter ciuitatẽ ipſã non vtiqꝫ ꝑpter ciuitatẽ ipſam:ſed ꝑpter ſpem quondam in ſinu dauid repoſitã: ⁊ de ciuitatis illius gente templiqꝫ illius religione gratulantur non excidiſſe verbuꝫ domini:nõ defeciſſe verbum ꝓmiſſionis mox reuerſura virgie iſrahel in ciuitates ſuas vbi ſaluatorẽ dñm generare deberet

¶ Q, non ſolũmodo de reedificatione ciuitatis ⁊ templi:verum etiaꝫ de futuris euentibus gentiuꝫ viſiones oſtendebãtur illis.

¶ Capitulum.xx.

Hec ſolũmodo hreedificatiõeꝫ ciuitatis ⁊ tẽpli ⁊ inhabitationeꝫ multitudinis ſpacioſaꝫ:viſiones diuine: ⁊ collocutiões angelice pollicebantur.verũ etiaꝫ gentiũ aduerſantium laboꝛes ⁊ miſerias in vindictaꝫ ſupuenturas preloquebant̃.clama inquit angelus ad zachariã ¶ Zacharie.j Hec dicit dominus exercituuꝫ zelatus ſũ iheruſalẽ:⁊ ſyõ zelo magno ⁊ ira magna ego iraſcoꝛ ſuper gentes opulẽtas. quas dicit gentes opulẽtas:gẽtes intelligimus regnoꝝ ſepedic oꝝ que iudeã obtriuerũt ⁊ quã ob cauſaꝫ iraſcatur ſuꝑ illas gẽtes ira magna ſtatim indicat ¶ Zacharie.j Quia ego iratus ſum parũ. ipſi vero adiderũt in malũ.⁊ eſt ſenſus. Ego intendi viſitare in virga iniquitates coꝝ ⁊ in verberibuſ pctã coꝝ ¶ Pſal.lxxxviij ¶ que parua ira eſt. Ipſi aũt iram ſuã ⁊ odium ſuum ſuperaddiderunt intendendo vt eo penitus delerent cũ ego gentis interitõꝫ intenderem:ſed correctioneꝫ. Porro ad danieleꝫ ſic angeli loquebantur tales illi: viſiones oſtendebãtur vt futura regnorũ eorundeꝫ ſecreta ꝙ valde mirũ eſt taliter illi publicarent̃ qualiter nulli prophetarũ publicata ſiue prenunciata fuiſſe vſqꝫ apparet ex dictis ſeu ſcriptis eorum.nam ⁊ regnoꝝ ſtatus ⁊ regum hinc felices aliquando euẽtus:hinc infelices quorundaꝫ interitus ita ꝑ angelos didicit et ↄſcripſit vt de futuris hyſtoriã texiſſe non dubitet̃ excepto ꝙ reges ipſos propriis non expreſſit nominibus.

¶ De eo ꝙ ſuſcitauit dominus ſpiritum cyri regis perſarũ vt edificaretur domus dei.⁊ quomo vicine gentes aduerſabant̃ aggeo ⁊ zacharie interim prophetãtibus

¶ Capitulum.xxj.

Cyrus tandeʒ
ille niſi domini ſermo erat: de
quo dictum eſt illi ab exitu ſer
monis vt edificeť ciuitas. Qualis fuit il-
le exitus ſermonis aut vnde exiuit ¶ i
Eſdre. j ¶ Suſcitauit dominus ſpiritum
Ciri regis perſaꝝ ⁊ tranſduxit vocem in
vniuerſo regno ſuo etiam per ſcripturaʒ
dicens. Hec dicit cyrus rex pſaꝝ. omnia
regna terrarū dedit mihi dominus deus
celi ⁊ ipſe precepit mihi vt edificarem ei
domum in iheruſaleʒ que eſt in iudea ⁊c̄
Ipſe ſermo regis ſermo erat domini: qui
ſicut eundem Cyrum apud yſaiam chri
ſtum ſuum appellare curauit: ita ⁊ ſmo
nem ſuum in ore eius ponere voluit: veꝝ
poſt modum eodeʒ cyro decedente vicine
gentes ſue hoſtes iude ⁊ beniamin audi
entes: quia filij captiuitatis edificarent ci
uitatem ⁊ templum domino deo iſrahel:
ſcripſerunt accuſationeʒ aduerſus eos ar
taxerſi dicentes. Notum ſit regi q2 iudei
qui aſcēderunt a te ¶ j. eſ. iiij ¶ ad nos ve
nerunt in iheruſalem ciuitatem rebellem
⁊ peſſimam quam edificant extruentes
muros eius ⁊ parietes componentes. ſic
inchoando ⁊ accuſando habitatores iu-
de ⁊ iheruſalem hoc effecerunt vt muta
ret rex ⁊ ꝓhiberet edificari ciuitatē. Tūc
intermiſſum eſt opus domini in iheruſa-
lem: ⁊ nō fiebat vſqꝫ ad annum ſecundū
darij regis pſaꝝ. Prophetauerunt autē
aggeus ꝓpheta ⁊ zacharias ad iudeos:
qui erant in iuda ⁊ iheruſalem ¶ j. Eſ. v.
Et tunc ſurrexerunt ierobabel filius Sa
latiel ⁊ ioſue filius ioſedech ⁊ ceperunt e
dificare templum dei: ⁊ cum eis prophe
te dei adiuuantes eos. Sciſſitantibus ad
uerſarijs ⁊ dicentibus quis dedit vobis
ꝯſilium vt muros hos inſtauraretis Et
domum hanc edificaretis reſpondētes in
ter cetera dixerunt ¶ j. Eſdre. v ¶ Anno
aūt primo cyri regis babilonis cirus rex
propoſuit edictum vt domus dei edifica-
reť. Miſerunt itaqꝫ epiſtolam ad regeʒ
darium iamdicti hoſtes iudeoꝝ dicentes
poſt cetera. Nūc ergo ſi videť regi bonū
recenſeat in biblioteca ꝛgis que eſt in ba
bilone vtrum nam a cyro rege iuſſum fu
erit vt edificareť domus dei in iheruſaleʒ
⁊ voluntatem regis ſuꝑ hac re mittat ad
nos. Tunc darius rex precepit ⁊ recenſu
erunt in biblioteca libroꝝ qui erant repo
ſiti in babilone ⁊ inuentum eſt volumen
vnum taliſqꝫ ſcriptus erat in eo cōmenta
rius ¶ j. Eſ. vj ¶ Anno primo cyri regis
rex decreuit vt domus dei que eſt in ihe
ruſalem edificareť ⁊c̄. Quibus per lectis
Nunc ergo inquit darius qui eſtis tranſ
flumen ꝓcul recedite ab illis ⁊ dimittite
fieri templum dei a duce iudeoꝝ ⁊ a ſeni
oribus eoꝝ ego darius ſtatui decretū qd
ſtudioſe impleri volo.

¶ De intermiſſiōe opis quantuʒ tēpus
interfuerit ab exitu ſermonis queʒ cyrus
rex emiſit. ¶ Capitulum. xxij.

Talis fuit exi-
tus ſermonis vtiqꝫ hominibuſ
vel ſeruis dei ꝑplexus ⁊ diffici
lis. Siquidem a cyri regis imperio cuius
vt viuentis voluntas, ita ⁊ mortui ſcripta
ſermoni domini famulata eſt auctoritas:
vſqꝫ ad neemiā ⁊ xx. annum. Artaxerſis
manſit opus imꝑfectum quo tpe regni ꝑ
ſarum. c. ⁊ . xv. anni fuerant euoluti. Cap
tiuitatis autem iheruſalem centeſimuſo
ctogeſimus quintus annus erat. Verum
tamen captiuitatis eiuſdem recte predicā
tur vel numeranť. dumtaxat anni: lxx. q2
videlicet tunc recte ſoluta eſſe diciť. Non
quando ꝯſumatum eſt opus quod inter-
miſſum fuerat: ſed quādo prima licentia
data eſt predicantes cyro ¶ ij. para. xxxvj
Quis eſt in vobis de vniuerſo populo di
celi ſit deus cum ipſo. Aſcendat iheruſalē
que eſt in iudea ⁊ edificet domum dei i-
ſrahel ipſe eſt deus qui eſt in iheruſalem
Quādo hoc dixit ſimul protulit vaſa do
mini que tulit nabuchodonoſor de iheru
ſalem ⁊ dedit his quoruʒ deus ſuſcitauit
ſpiritum vt aſcenderent ad edificandum
templum domini: tunc vere ſoluta eſt ca-
ptiuitas populi quia tunc aſcendit: quicū
qꝫ relictis babilonie delitijs aſcendere vo
luit. Porro ꝙ taliter exeunti ſermoni ad
reedificandam iheruſalem ⁊ templū dñi

moras fecerūt aduerſarij apud ipſum ſermonem domini nullius eſt momēti quippe cuius ante oculos mille anni tanq̄ dies heſterna que preterijt ⁊ cuſtodia ī nocte ¶ pſal.lxxxix ¶ id eſt vna de quatuor vigilijs in nocte. Quantomagis paulo plus q̄ centum anni quibus intermiſſum fuit opus domini impedientibus aduerſarijs parui: imo nullius ante oculos eius potuerunt eſſe momenti. Igitur ipſi quidem ſermoni vel prepoſito domini mora illa pro nihilo fuit quippe que pro nihilo habentur: eorum inquit anni erunt: id eſt inter ea reputabuntur ſubauditur ante oculos tuos. Ipſis autez filijs captiuitatis annos illos ⁊ moras intermiſſi operis nimis egre ferentibus: ⁊ fideliter coraz domino ingemiſcentibus auctum eſt meritum fidei: creuit corona ſpei: multiplicata ſunt premia dilectionis: quia laborauerūt ipſi: vt nos in labores eoruz introiremus vnde ⁊ pijs eorum ſtudijs ⁊ grates reddere debemus quia quod ſeminauerunt in lacrimis nos in gaudio metemus.

¶ Unde Ciro domini gentili tanta circa deum celi ⁊ circa captiuum eius populuz beniuolentia prouenerit. Ca.xxiij.

VNde putas illi Ciro domini gentili tāta circa deum celi ⁊ circa captiuuz eius populum beniuolentia prouenit. vnde hoc: niſi quia ſcriptum ⁊ veraciter dictum eſt: cor regis in manu dei reuera q̄ effecit de corde eius omnipotens ſermo domini. Idipſum potuiſſet efficere ď corde cuiuſq̄ alterius regis non minus de corde nabuchodonoſor ne populum captiuū ducerez quā fecit de corde huiuſ ne pplm captiuū retinerez. delectez nūc videre modum ipſum quo beniuolentiaz cordis eius captare dignatus eſt manus domini: longe anteq̄ naſceretur hic Cirus anteq̄ fierent patres patrum eius: memoriam eius in conſilijs ſuis habere: ⁊ beneficia ſua illi promittere dignatum eſt ipſuz quod fiebat ad prophetas verbum domini. Scriptum quippe fuerat in yſaia xlv ¶ Hec dicit dominus chriſto meo cyro cuius apprehendi dexteram vt ſubiciā ante faciem eius gentes ⁊ dorſa regum vertam ⁊ aperiam coraz te ianuas ⁊ porte non claudentur. Ego ante te ibo ⁊ glorioſos terre humiliabo portas ereas confringam: ⁊ ferreos vectes confringam et dabo tibi theſauros abſconditos ⁊ archana ſecretoruz vt ſcias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus iſrahel. Nūquid cirus talem ac tantam de ſemetipſo prophetiam non audierat nunquid dubium eſſe poteſt de captiuis illis: quin iſtaz ſcripturam domini: iſtas promiſſiones diui. ad noticiam eius perferre properauerint cum ſperare poſſent vaticinium hoc magnum ſibi apud illum regem factum occaſionem fore ſolacij acceſſit ipſa manus domini in qua eſt cor regis ⁊ hoc effecit: vt tali verbo tātoqz dei promiſſo nō ingratus exiſteret: ſed diceret vocem trāducens in vniuerſo regno ſuo: vocem etiam per ſcripturam id eſt vocem ſcriptam i. Eſdre. i ¶ Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi: ſubauditur qui mihi longe anteq̄ naſcerer ea daturum ſe promiſit. ⁊ meum quoqz nomen vocauit continuo ſubiunxit. Et ipſe precepit mihi vt edificarem ei domum in iheruſalem que eſt in iudea. Ac ſi diceret. Ob hanc cauſam dedit mihi omnia regna vt populuz eius penes quem ſcripta eſt illa de me ꝓphecia: liberum dimittam ad edificandaz domum in iheruſalem que eſt in iudea. Siquidem deus idem vbi dixit. Qui voco nomen tuum: ſtatim ſubiunxit ¶ Yſa. xl ¶ propter ſeruum meum iacob ⁊ iſrahel electum meum. Igitur ob hoc mihi oīa regna dedit vt in populo ipſius gratiam rependam illi reddendo illum libertati.

¶ De infantia eiuſdem Cyri ⁊ quomodo rex factus fuerit vt diceret. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi.

¶ Capitulum.xxiiij.

ET reuera ſenſatus homo iam dictam legēs vel audiens prophetiam ſuam q̄z recolens infantiam animaduertere vel

perpendere poterat ꝙ nõ caſu: ſed per di
uinam prouidentiam eueniſſet vt ipſe re-
gnaret. Siquidem de hoc ſcribit pompei
us trogus ꝙ natus infans de filia Aſtra
gis per aui inuidiam datus ẽ occidendus
ſomnium verentis quo premonſtrato re-
gnum in fantulo futurum arioli auriſpi-
cabantur. Js vero cui necandus infans
traditus eſt veritus ne infantis necati vltõ
nem mater eius quandoq; in ipſum exi-
geret paſtori regij pecoris puerū expo
nendum tradidit: forte eodem tempore et
ipſi paſtori natus erat filius. Eius igitur
vxor audita regij infantis expoſitiõe pue
rum proferri ſibiq; oſtẽdi ſummis rogat
precibus. Cuius precibus fatigatus pa-
ſtor reuerſus in ſiluam inuenit iuxta infã
tem caniculam paruulo vbera prebentē
⁊ a feris alitibuſq; defendentē. Motus
⁊ ipſe miſericordia: qua mota etiam canẽ
viderat: puerum defert ad ſtabula eadem
cane anxie proſequente. Quem vbi ĩ ma
nu mulier accepit tantus vigor ⁊ dulcis
quidam blandientis infantis riſus appa-
ruit vt paſtorem vltro rogaret vt permit
teret ſibi puerū nutrire permutata ſorte
paruulorum vt hic pro filio paſtoris edu
caretur: ille pro nepote regis exponeretur
puer deinde cum inter paſtores eſſet Ci
ri nomen accepit. Interiecto tempore cū
adoleuiſſet per arpagum aui amicum di
dicit quomodo paruulū illū occidi auus
iuſſerit: quomodo ſeruatus ſit hortatꝰ Ut
exercitum paret ⁊ pronā ad regnum vi
am ingrediatur medorū tranſitionē pol
licitus. factumq; eſt vt Cirus medorum
⁊ perſarū fieret rex. Si vera eſt eiuſmõi
hiſtoria nimirum ſcienter dicere poterat.
j. Eſdre. j. ¶ Omnia regna terre dedit mi
hi dominus deus celi preſertim precunte
prophecia eiuſmodi qua magnus ⁊ potẽs
rex ab eodē domino deo preſignatus ⁊
ex nomine vocatus eſt.

¶ Utrum ad eternam ſalutem eidem ci
ro prouenire potuerit ꝙ captiuitatem ſol
uit ⁊ licentiam dedit edificandi domum
domini.

¶ Capitulum. xxv.

PUtas ne talis
gratie repenſio ſufficiẽs ad et̃
nam ſalutem eſſe potuit eidē
Ciro. Repenſionem gratie dicimus hãc
eſſe: quia ſciens ſiue animaduertens ſibi
regnum eueniſſe illo diſponente deo cu-
ius templum fuerat in iheruſalē: nõ oĩo
ingratus extitit: ſȝ ipſe eſt ĩquit deus qui ẽ
in iheruſalem ⁊ edictum propoſuit in vni
uerſo regno ſuo vt aſcenderent filij capti
uitatis: ⁊ templum ⁊ ciuitatem reedificã
di licentiam haberent. Hanc ergo quaſi
beneficij viciſſitudinem putas illi ſufficiẽ
tem fuiſſe ad eternam ſalutem. Nequaꝙ̃
ſufficientē nec enim aduerti poteſt ꝙ eã
dem ſcȝ eternam ſalutem ſperauerit vel q̃
ſierit: fuerit quidē alicuius momenti pre
ceteris regibus qui creatori per iuſtā di
ſpoſitionē regna illis danti omnino ſunt
vel fuerunt ingrati. Ueruntamen nõ val
de magnum eſt grates agere pro preſen
tibus beneficijs dū negligenter aut ſine
cura caret eternis. Licet cum ĩputare cũ
eiuſmodi de qualibus pſalmiſta dicit.
pſal. xlviij. ¶ Quia anima eius in vita ip
ſius benedicetur confitebitur tibi cum be
nefeceris ei. Deniq; cum dicit ¶ eodem
pſal. ¶ Quia anima eius in vita ipſius be
nedicetur: ſubaudiendum eſt illa benedi-
ctione contentus erit. De futuro non cu
rans dūmodo in preſenti ſeculo dum vi-
uit anima eius id eſt ſenſualitas eius ex-
altetur ſiue proſperetur que nimirum illa
benedictio eſt quã cõtentus fuit eſau Nõ
ĩnꝙ̃ valde magnum eſt tunc deo confite
ri cum in hac parte deus benefecerit illi:
niſi etiam confiteatur cum aliquid aduer
ſi contigerit. Ueri confeſſores tunc inſtã
cius confitentur quando aduerſis fatigã
tur. Uerbi gratia vt daniel ⁊ ſocij eius q̃
tunc ad confitendum domino ſeſe ampli-
us extenderunt quando captiuitatis ad-
uerſitatē ſubierunt. Tantum quippe ſtu
dium ſancte confeſſionis aggreſſi ſunt. vt
proponerent ⁊ laudabilem ⁊ paucis imi
tabilem iugiter tenere ciborum ac potus
parſimoniam: quatenus ſobrietatis pul-
critudo confeſſionem deo magis redde-

ret acceptam.

¶ Que vera confeſſio ſit ⁊ quid eidem ciro de vera confeſſione defuerit

¶ Capitulum.xxvj.

SEd nec illud facile credendum ꝙ illa gratulatio confitentis deo cum deus benefecerit ei ſit confeſſio: de qua pſalmiſta loquitur ¶ pſal.xcv ¶ Cõfeſſio ⁊ pulcritudo in conſpectu eius: ⁊ de qua idem dicit ¶ pſal.xcix ¶ Introite portas eius ĩ confeſſione atria eius in ymnis confitemini illi. Nimirum laus eſt integra: laus deuota: laus ordinata. Quo vel quali ordine niſi vt homo in principio accuſet ſeipſum. Deinde iuſtificet deum ¶ prouer. xviij ¶ Juſtus namq₃ in principio accuſator eſt ſui: qua accuſatione precunte dum deum iuſtificat. Verbi gratia dicendo pſal.c.xliiij ¶ Fidelis dominus in omnibus vbis ſuis ⁊ ſanctus in omnibus operibus ſuis. Nimirum confeſſionem id eſt laudem perficit. Non longe exempla petantur. Daniel ipſe dicrum illorum exul ſiue captiuus commodo confitetur ¶ Da. ix ¶ Obſecro iquit domine deus magne ⁊ terribilis cuſtodiens pactum ⁊ miſericordiam diligentibus te ⁊ cuſtodiẽtibus mandata. Peccauimus iniquc fecimus impie egimus ⁊ receſſimus ⁊ declinauimus a mandatis tuis ⁊ iudicijs nobis cõfuſio faciei regibus ⁊ principibus noſtris et patribus noſtris qui peccauerunt tibi autem domino noſtro miſericordia ⁊ propiciatio ⁊c. Iſte legitimus eſt ordo confeſſionis quemq₃ in principio accuſare ſe ipſum. Deinde iuſtificare deu₃ ⁊ ab ipſo querere remiſſionem peccatorum. At illi homines ſeculi qualium hic vnus extitit nunquid ad eiuſmodi confeſſione₃ deſcẽdere dignati ſunt: imo dixerunt ¶ pſal.xj: Linguam noſtram magnificabimus labia noſtra a nobis ſunt. Quis noſter dominus eſt: omnes ſuperbi ⁊ circa anime cauſa₃ prorſus indomiti aut ipſi pro dijs quorum non eſt dare conſilium de cura animarum de ſollicitudine gerenda pro peccato que mors eſt animarum. Igitur talium fortuita laudatio non ta₃ ſalubris confeſſio q̃ ſterilis dicenda eſt adulatio.

¶ Q₃ ad magnam pertineat laudem dei talis illa reedificatio ciuitatis vel templi quam ſi cuſtoditum fuiſſet vt non incenderet illud nabuchodonoſor rex babilonis. ¶ Capitulum.xxvij.

PRoinde deo pre illorum rapiat laudem laudator fidelis ⁊ diligenſ: dicatq₃ magis ſcienter q̃ iſte dixerit. Ipſe eſt deus qui eſt in iheruſalem Tum pro multis imo pro innumerabilibuſ que fecit mirabilibus: tũ ⁊ ꝑ cauſa iſta dicamus. ipſe eſt deus qui eſt in iheruſalem: quia mirabile hoc egit: vt predam quam leena tulerat rurſus domum reportaret: id eſt vt captiuos quos nabuchodonoſor rex babilonis de iheruſalem abduxerat ⁊ vaſa domini que aſportauerat phialas aureas ⁊ ciphos aureos ⁊ argenteos. Et vaſa alia vaſa aurea: ⁊ vaſa argentea quinq₃ milia quadringenta vniuerſa hec redderet hic perſarum ⁊ medorum rex ⁊ remitteret in iheruſalem. Nunquid minus glorie minus virtutis dei per hoc factum illuxit q̃ ſi cuſtoditum fuiſſet celitus templum vt non ſpoliaretur ſiue incenderetur a babilonijs: imo plus habet honoris: ⁊ plus experimenti ad cognoſcendam potentia₃ ſiue prouidentia₃ verbi dei. Sicut plus habet admiratiõis mortuum reſtauraſſe hominem q̃ cuſtodiſſe ne perimeretur. Ita plus habet miraculi taliter reparaſſe ſtatum gentis ⁊ loci q̃ defendiſſe vt non deſtitueretur: Sic nimirum de vniuerſa cõſtat electione generis humani de omnibus ſanctis ſiue electis preſtitis atq₃ predeſtinatis ad conformitatem imaginis filij dei: q2 maiore glorie dei glorioſior triũpho verbo dei nunc ſuſcitantur a duplici morte anime ⁊ corporis ⁊ redeunt in illã celeſtem iheruſalem ciuitatem dei viuentis quaſi nunq̃ captiui inde fuiſſent abducti: ſi nũq̃ fuiſſent mortui ſi nũq̃ mors introiſſet in hunc mundum per inuidiam diaboli.

¶ De eo ꝙ prophetatum fuerat. Hec dicit dominus chriſto meo ciro ⁊c. que ita concluduntur. Aſſimilaui te ⁊ non cognouiſti me: accinxi te ⁊c.

¶ Capitulum. xxviij.

NVnquid hoc ipſum ignorauit aut preteriuit verbum dei ꝙ futura eſſet perfecta laus vt diximus in ore vel opere cyri. Deniqʒ vbi tale de illo promiſit oraculum. Hec dicit dominus chriſto meo Ciro cuius apprehendi dexteram ⁊c̄. Tandem ita concluſit. Aſſimilaui te ⁊ non cognouiſti me ego dominus ⁊ non eſt amplius: extra me non eſt deus: accinxi te et non cognouiſti me ¶ Yſaie vltimo ¶ Nūquid nulla aut parua exprobratio eſt duʒ dicit ⁊ non cognouiſti me. Et quomodo non cognouit cum dixerit. Ipſe eſt deus qui eſt in iheruſalem. Vere non cognouit q̄uis ita confeſſus fuerit. Multum in illa confeſſione ſiue cognitione defuit: Quia quod ibi loquitur ipſe qui accinxit eum deus ego dominus ⁊ non eſt amplius extra me non eſt deus ¶ Yſa. vbi ſup̄. Surda aure preteriuit hoc ille audire vel intelligere noluit imo perſtitit in inſipientia ſtultorum ſeruientiuʒ creature potius q̄ creatori. Proinde recte dicatur illi Si recte offeras ⁊ non recte diuidas nonne malum eſt. Res enim quaſdam deo obtulit ſiue reddidit: ⁊ hoc recte fecit ſeipſuʒ autem ſibimet retinuit quia cor ſuum cultui vel religioni eius non ſubdidit cui res exteriores obtulit. Proinde non mirum ꝙ cum cupiditate ſua graſſatur per mundum miſerabilem vite eſt conſecutus exitum. Tradunt namqʒ hiſtorie ꝙ tamyris regina ſcitharum comprehenſum inſidijs vniuerſum eius cum ipſo rege trucidauit exercitum ducenta milia perſarum caputqʒ Ciri amputauit in vtrem humano ſanguine repletum coniecit cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te inquit ſanguine queʒ ſitiſti cuiuſqʒ inſaciabilis ſemper fuiſti.

¶ De titulo pſalmi. lxiiij. qui ſic ſe habet in finem pſalmus dauid canticum Ieremie ⁊ aggei de verbo p̄egrinationis quā do incipiebant proficiſci.

¶ Capitulum. xxix.

NOn nihil ſpectat ad rem preſentem nunc reminiſti qꝛ ī titulo pſalmi. lxiiij. Ieremiam ⁊ aggeum ſpiritus propheticu compoſuit quorum alter ſcilicet Ieremias captiuitatem illam futuram predixit ⁊ preſens vidit. Alter vero ſcilicet aggeus ſoluta captiuitate reuerſioni in patriam interfuit. Titulus ſic ſe habet in finem pſalmus dauid canticum ieremie et aggei de verbo peregrinationis quando incipiebant proficiſci. Sequitur pſalmus lxiiij. Te decet ymnus deus in ſyon ⁊ tibi reddetur votum in iheruſalem. Ad reʒ inq̄ꝑ preſentem ſpectat eiuſdem cantici ſiue tituli preeuntis reminiſci: quia magnū reſonet gaudium de triumpho verbo dei cuius propter veritatem implendam populus ad captiuitatē liber illuc aſcendit: vbi oportebat ipſum verbum incarnari ꝑ quod omnia facta ſunt: de tribu iuda: ď ſemine dauid. Dulce quidem allegoriam in eodem pſalmo ſine pſalmi titulo meditari ſcilicet ⁊ intelligere ſupernam ſyon ⁊ celeſtem iheruſalem: atqʒ hic vniuerſaleʒ generis humani peregrinationem: vnde omnes aſcēſuri ſunt electi finito termino mundi. Veruntamē ⁊ illud non nihil habet dulcedinis quod hiſtorialiter tunc geſtum eſt ꝙ populus ille liber de captiuitate redijt cui reditui propheta aggeus īterfuit. Etenim reditus ille non ſolum typus verum etiam valde neceſſaria preparatio fuit ďcoris ſiue ymni qui te decet deus in ſuperna ſyon preparatio redditōis voti quod tibi redditur ſiue reddet̄ in eterna iheruſalem quo omnis caro ad te veniet propiciato te cūctis iniquitatibus noſtris per redemptionem iheſu chriſti filij tui: cuius ventura natiuitas hoc exigebat vt ſolueretur illa captiuitas vt rediret iuxta prophetam. Virgo iſrahel in terram ſuam ſiue in ciuitates ſuas: eundeʒ doīn

⁊ ſaluatorē ſuum genitura: magna ⁊ in
ſta prophetis illius temporis gaudij ſiue
leticie cauſa: magna ⁊ pulcra triumpha-
lis tripudij materia.

¶ De eo ꝙ tunc aggeus prophetauerit
Magna erit gloria domus iſtius nouiſ
ſime plus ꝙ̃ prime.

¶ Capitulum. xxx.

Nunquid non i
ſtud aggeus iam tunc prophe
tali oculo conſiderabat. Ait enī
Aggei. ij. ¶ Quis eſt in vobis derelictus
qui vidit domum iſtam in gloria ſua pri-
ma ⁊ quid vos videtis hanc: nunquid nō
ita eſt quaſi non ſit in oculis veſtris. Sta
timq̄ʒ paucis interpoſitis confortans dicit
Nolite timere quia hec dicit dominus ex
ercituum. Magna enim erit gloria do-
mus iſtius nouiſſime plus ꝙ̃ prime dicit
dominus exercituum ⁊ in loco iſto dabo
pacem dicit dominus exercituum. Qua-
lem putas gloriam tanto ore pronunciat:
nouiſſimam fore maiorem ꝙ̃ primam
Nunquid ſecularem gloriam ſcilicet auri
⁊ argenti copiam. Nunquid etiam ſi ſic
futurum erat vel fieri poterat vt plus au
ri in domo nouiſſima rutilaret ꝙ̃ i prima
ſalomon impendiſſet. Nunquid dignaretᷣ
vt hoc tanto opere pro gloria reputaret:
⁊ pro hoc tam vehementer dominus ex-
ercituum declamaret. Ergo illam magis
gloriam decet intelligi que gloria vera ē.
ſcilicet preſentationem vbi incarnati chri
ſti filij dei qui in illa domo prima nō fuit
preſentandus. In nouiſſima autem erat
preſentandus ſimeone expectante: ⁊ in vl
nas ſuas illum accipiente: cum iſto canti
co gratie ¶ Lu. ij ¶ Nunc dimittis ſeruū
tuum domine: ſecundū verbum tuum in
pace. An non hocipſum idem propheta
ibidem interloquitur ¶ Aggei. ij ¶ Et ve
niet inquit deſideratus cunctis gentibus:
⁊ implebo domum iſtam gloria dicit do
minus exercituū. Vere omni gloria do-
mus prime maior futura erat gloria no-
uiſſime: ꝙ in ea ſecundum legem primo
genitorum preſentandus erat cum ſacrifi
cijs legalibus ille primogenitus in mul-
tis fratribus: iſte deſideratus cunctis gen
tibus.

¶ De Eſdra ⁊ neemia ⁊ ieſu filio Joſe
dech ⁊ zorobabel ꝙ merito in laude prin
laudētur ⁊ amplificētur ⁊ ꝙ glorioſi ſint
viri.

¶ Capitulum. xxxj.

Memorabilis
mille reditus ⁊ aſcenſus ſpectabi
lis ſi conſideres currum illum
ſiue quadrigam domini qua reſidens ad
locum ſuum properabat verbum domini
verbum neceſſario implende promiſſio-
nis. Quadrigam illam domini quattuor
dicimuſ viros auctores precipuos: ⁊ qua
ſi capita illius reuerſionis eſdram ⁊ nee-
miam ieſum ſacerdotē magnum: ⁊ zoro
babel ducem. Idcirco dictum zorobabel
quia infra ānos captiuitatis in babilonia
natus eſt. Prophetas aggeum ⁊ zacha
riam qui vt ſuperius memoratum eſt cū
eis erant adiuuantes eos velut aurigas
ante quadrigam exiſtimare delectat iſtis
imo iſtorum habitatori verbo dei ſapiēs
omnis triumphum eius proſequens gra
tias agit qui feliciter ad hoc nati ſunt vt
tali in tempore eſſent parati ¶ Eccle. xlix
Quomodo inquit amplificemus zoroba
bel. Nam ⁊ ipſe quaſi ſignum in dextera
iſrahel manū ⁊ ieſum filium ioſedech qui
in diebus ſuis edificauerunt domum Et
exaltauerunt templum ſanctum domino
paratum in gloriam ſempiternam ⁊ nee
mia in memoria multi temporis qui ere-
xit nobis muros euerſos ⁊ ſtare fecit por
tas ⁊ ſeras qui erexit domos nr̄as. Qꝫ
dicit in gloriam ſempiternam recte ſic in
telligitur vt ſupra dictū eſt. quia domus
illa tam diu ſtare habebat donec veniret
chriſtus vera ⁊ ſempiterna gloria ſancto
rum Sicut ſymeon prolocutus eſt ¶ Lu
ce. ij. ¶ Lumen ad reuelationem gentiū:
⁊ gloriam plebis tue iſrahel. Eſdram di
cunt eſſe malachiam qui in ordine duo-
decim prophetarum. xij. numerus eſt.

¶ De Eſdra ꝙ ⁊ legem ipſe renouaue
rit ⁊ literas ſiue caracteres nouos veteri
bus commodiores reppererit:

¶ Capitulum. xxxij.

Iste quantus no-
bis eſſe debet. Non enim ignorare debe
mus quia legem ipſaꝫ renouauit ſcriptu
ras ſanctas: que proprie voceſ ſunt verbi
diſperſas: vixqꝫ babilonico igni ſuperſti-
tes ipſe congregauit ac reformauit. Quã
tum hoc eſt aut eſſe debet omnibus ſecu
lis. Magnum ſit ⁊ memorabile ꝙ tam
ipſius ꝙ̃ ceterorum labore ciuitas illa; tẽ-
plum illud manufactum reſtrui vel reedi
ficari potuit. Iſtud edificium inſolubile
ſcilicet reformatio ſancte ſcripture longio
ris memorie: maioris glorie: altioris eſt:
⁊ erit ſemper excellentie: literas quoqꝫ ſi
ue caracteres iſte veteribus commodio-
res atqꝫ faciliores repperit: ⁊ conſcriptaꝫ
legem populo tradens ⁊ tunc ſcriba ve-
lox meruit nuncupari ⁊ nunc ⁊ imperpe
tuum ſcribadoctus eſt in regno dei.

## Incipit liber octa
uus. Horum que in libro heſter continen
tur initium a ſomnio mardochei.

Capitulum primum.

Magnum in
celo ⁊ in terra ſpectacu-
lum quod deinde poſt in
dulgentiam regum per-
ſarum ſubſecutum eſt. A
ſomnio mardochei narrationem incboa-
re libet ꝙ ⁊ ſi in hebreo non habetur Ut
ait vir illuſtris: Ieronimus tamen in edi
tione vulgata principium erat voluminis
Heſter ⁊ ad rem non nihil attinet. He.
j. Anno ſecundo regnãte artaxerſe ma
ximo vidit ſomnium mardocheus homo
iudeus de tribu beniamin qui habitabat
in vrbe Suſis illa ciuitas exordium ſiue
caput regni erat. Apparuerunt inquit
He. xj. voces ⁊ tumultus ⁊ tonitrua ⁊
terremotus ⁊ conturbatio ſuper terram:
⁊ ecce duo dracones magni paratiqꝫ cõ
tra ſe in prelium. Ad quorum clamorem
cuncte concitate ſunt nationes vt pugna
rent contra gentem iuſtorum: fuitqꝫ dies
illa tenebrarum ⁊ diſcriminis tribulatio-
nis ⁊ anguſtie ⁊ ingẽs formido ſup terrã
Conturbataqꝫ eſt gens iuſtorum timen-
tium mala ſua ⁊ preparata ad mortem:
clamaueruntqꝫ ad dominum. Et illis vo
ciferãtibus fons paruus creuit in fluuiũ
maximum ⁊ in aquas plurimas redun-
dauit. Lux ⁊ ſol ortus eſt: ⁊ humiles ex-
altati ſunt ⁊ deuorauerunt inclitos. Por
ro poſt finem libri eiuſdem capitulũ hoc
ferebatur. He. x. Dixitqꝫ mardoche-
us. A deo facta ſunt iſta recordatus ſum
ſomnij quod videram hec eadem ſignifi
cantis: nec eorum quicꝙ̃ irritum fuit: par
uus fons qui creuit in fluuium ⁊ in luceꝫ
ſolemqꝫ conuerſus eſt ⁊ in aquas pluri-
mas redundauit heſter eſt quam rex ac-
cepit vxorem ⁊ voluit eſſe reginam. duo
autem dracones ego ſum ⁊ aman: gẽtes
que conuenerant hi ſunt qui delere cona
ti ſunt nomen iudeorum.

De duobus draconibus id eſt de mar
docheo ⁊ amã ⁊ ꝙ homo innoxius mar
docheus non abſurde per draconem fue
rit ſomnio deſignatus cuꝫ ⁊ chriſtus per
ſerpentem eneum fuerit preſignatus.

Capitulum. ij.

Habito inqua
tali ſomnio narrationeꝫ incho
are libet eorum que continẽt
in eodem libro heſter. Idcirco vt excita-
tus animus perſentiſcat malum fuiſſe il
lud ꝙ molitus eſt aman ex diabolo dra-
cone antiquo thronum ſuuꝫ habente in pe
ctore aman. Nam ecce draco dictus eſt
aman. Duo inquit dracones ego ſum ⁊
aman ⁊ mardocheus quideꝫ draco viſus
ſed ratione longe diuerſa. Deniqꝫ draco
aman propter cauſam veram: propt dia
bolum draconem antiquum veraciter ha
bitantem in pectore aman: cuius videlicꝫ
draconis capita ſeptem habentis quartuꝫ
caput fuiſſe iam dictum eſt regnum per-
ſarum ⁊ medorum maxime propter amã
⁊ propter gentes illius imperij ſup quas
cum eleuatus eſſet amã delere voluit gẽ
tem de qua naſciturus erat chriſtuſ iuxta
repromiſſionem quam acceperat Abra-
ham. Porro mardocheus draco non re